CHRONICON ECCLESIASTICUM. SECT. I

PONTIFICES VET. TEST.

ܗܕܐ ܡܕܡܐ ܕܐܟܗܢܘܬܐ ܩܕܡܝܐ ܕܥܡܐ ܕܐܠܗܐ.

ܡܫܐ ܐܘܡ ܕܥܡܪܬܐ ܡܫܐ ܥܡ ܫܬܝܢ ܫܢܝܢ. ܫܪܐ ܐܬܝܠܗ ܡܪܝܐ ܘܡܠܠܗ. ܘܟܕ ܡܠܠ ܥܡܗ ܡܢ ܫܘܬܦܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܐܬܝܗܒ. ܘܟܬܒ ܦܬܓܡܐ ܕܦܪܝܣܐ ܘܦܪܫܐ ܕܕܝܢܐ ܘܦܩܕܢܐ ܕܦܩܕ. ܘܢܦܩܗ ܘܡܬ ܒܟܠ ܫܢܝ ܫܬܝܢ ܘܫܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܟܗܢܘܬܐ ܕܦܪܝܣܐ ܘܕܩܪܒܢܐ ܕܦܩܕ. ܐܗܪܘܢ ܕܡܝܬ ܒܟܗܢܘܬܐ ܕܦܪܝܣܐ ܘܕܩܪܒܢܐ ܕܦܩܕ ܫܢܝ ܫܬܝܢ ܘܫܠܬܝܢ ܫܢܝܢ ܕܚܝܘܬܗ.

ܚܕ ܐܘܡ ܠܐܠܥܙܪ ܒܪܗ.

ܘܠܐ ܡܢ ܒܢܝ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ ܕܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܕܢܕܒ ܕܐܠܗ ܡܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܠܐ ܡܩܒܠ. ܐܠܐ ܒܪܝܬ ܐܚܘܗܝ ܕܢܕܒ ܘܐܒܝܘ ܕܥܠ ܕܢܘܪܐ ܐܚܪܢܐ ܕܐܬܩܛܠܘ ܘܕܡܣܬܪܝܢ ܠܐ ܡܬܩܒܠܝܢ ܩܕܡ ܡܪܝ ܐܠܗܐ. ܘܐܠܥܙܪ ܢܣܒ ܐܢܬܬܐ ܡܢ ܢܕܒ ܕܡܢܗ ܡܬܝܠܕ ܡܫܝܚܐ ܡܪܢ. ܒܗܕܐ ܡܕܡܐ ܡܢ ܢܣܒܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܐܬܝܠܕ ܘܗܘܐ ܡܠܟܐ ܘܟܗܢܐ ܒܦܠܓܘܬܐ ܕܠܘܝ ܘܝܗܘܕܐ. ܘܫܢܝܢ ܫܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܠܟܐ ܕܥܬܢܝܠ ܕܥܒܪ ܥܠ ܕܢܘܪܐ ܘܫܪܐ ܕܕܝܢܐ ܘܦܩܕ ܥܡ ܟܠ ܫܪܝܪܘܬܗ. ܗܢܐ ܡܢ ܢܣܒ ܕܡܫܝܚܐ ܡܪܢ ܐܬܝܠܕ ܘܗܘܐ ܡܠܟܐ ܘܟܗܢܐ ܒܦܠܓܘܬܐ ܕܠܘܝ ܘܝܗܘܕܐ. ܘܫܢܝܢ ܫܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܠܟܐ ܕܥܬܢܝܠ ܕܥܒܪ ܥܠ ܕܢܘܪܐ ܘܫܪܐ ܕܕܝܢܐ ܘܦܩܕ ܥܡ ܟܠ ܫܪܝܪܘܬܗ.

ܚܕ ܐܘܡ ܠܦܝܢܚܣ ܒܪܗ.

ܘܠܐ ܠܝ ܠܝܢܐ ܕܩܢܝܬܐ. ܕܩܢܝܬ ܠܗ ܠܦܢܚܣ ܕܐܬܬܐ ܕܙܡܪܝ ܘܟܙܒܝ. ܗܘܝܢ ܟܣܝܬܐ ܘܚܝܠܐ. ܕܢܩܛ ܥܡ ܐܠܗܗ ܕܩܢܝܬ ܠܗ ܩܢܝܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܟܕ ܡܠܠ ܥܡ ܐܠܗܗ ܫܢܝܢ ܫܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܠܟܐ ܕܥܬܢܝܠ ܕܥܒܪ ܥܠ ܕܢܘܪܐ ܘܫܪܐ ܕܕܝܢܐ ܘܦܩܕ ܥܡ ܟܠ ܫܪܝܪܘܬܗ.

ܚܕ ܐܘܡ ܐܒܝܩܪ ܒܪܗ.

ܘܠܐ ܡܢ ܒܢܝ ܥܡܗ ܕܐܠܗܐ. ܕܐܬܬܐ ܕܕܒܘܪܐ ܘܒܪܩ. ܗܘܝܢ ܟܣܝܬܐ ܘܚܝܠܐ. ܕܢܩܛ ܥܡ ܐܠܗܗ ܕܩܢܝܬ ܠܗ ܩܢܝܢܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܟܕ ܡܠܠ ܥܡ ܐܠܗܗ ܫܢܝܢ ܫܒܥܝܢ ܗܘܘ ܡܠܟܐ ܕܥܬܢܝܠ ܕܥܒܪ ܥܠ ܕܢܘܪܐ ܘܫܪܐ ܕܕܝܢܐ ܘܦܩܕ ܥܡ ܟܠ ܫܪܝܪܘܬܗ.

Sectio prior historiæ ecclesiasticæ : de pontificatu occidentali

1. Aaron, *pontifex primus*, populo israëlitico præfectus fuit anno Moysi octogesimo septimo. Moyses ipse cum jam conversatione divina dignus habitus esset, tabulas lapideas digito divino conscriptas accepisset, legesque, judicia ac mandata didicisset, illa quoque fratrem suum edocuit, ritum scilicet sacrificiorum normamque oblationum umbratilium. Aaron autem obiit, pontificatu sacrificiorum et oblationum annis triginta et octo perfunctus[1].

2. *Post Aaronem* Eleazar *ejus filius.*

Is populi *judaici* pontificatum decreto superno obtinuit ; Nadab vero et Abiu, alii Aaronis filii, eo quod ignem alienum adoluerant, occultis et inscrutabilibus Domini judiciis rejecti fuere[2]. Eleazarus autem uxorem sibi accepit filiam Aminadab a quo deducitur Christus[3], et ex ea genuit Phineem : hinc patet inter duas tribus Judæ et Levi, sive regnum inter et sacerdotium, exstitisse cognationem. Hoc modo, ex ejus prosapia ortus est in carne salvator noster Christus. Eleazar spatio annorum circiter quinquaginta sex, usque ad annum septimum Othoniëlis, pontificatum gessit[4].

3. *Post Eleazarum*, Phinees, *ejus filius*.

Is zelo laudabili inflammatus occidit Zamri et Chozbi meretricem, *ita* justitiae furorem sedans[5]. Transactis autem in pontificatu annis octoginta, obiit.

4. *Post Phineem*, Abjesus[6], *annis* 57.

5. *Post Abjesum*, Abicar[7], *annis sexaginta*, qui floruit tempore Debborae et Barac.

[1]) Cfr. *Numer.*, XXXIII, 38. Hic procul dubio, nisi vitium amanuensis habeatur, oscitavit Barhebræus. Vixit Moysis annis 120 (*Deut.*, XXXIV, 7), et ante ipsum obierat Aaron, qui non potuit proinde ab anno Moysis 87° pontificale munus gessisse ultra annos 32 vel 33. — Quoad sequentes porro Hebræorum pontifices, conciliandum auctorem cum aliis chronographis ipsi lectori permittimus. Plura in hanc rem collecta reperiet v.g. in Josephi *Antiqq.* XI et XII ; *Chron.* Eusebii *lib. II*, apud Migne, *Patrol. Gr.*, tom. XIX, 383, sqq. ; in *lib. II Hist. eccl.* Nicephori Callisti, cap. IV, *Patrol. Gr.*, tom. CXLV, 761, sqq. ; in *Thesauro antiquitatum sacrarum*, authore Blasio Ugolino, tom. I, 28 sqq., item, tom. XIII. 857, sqq. Venetiis 1744 et 1752.

[2]) *Levit.*, cap. X.

[3]) *Matt.*, I, 4, et *Luc.*, III, 33 ; item, *Exod.*, VI, 23.

[4]) Cfr. *Jos.*, XXIV, 33.

[5]) *Num.*, XXV, et *I Macc.*, II, 54.

[6]) *I Paralip.*, VI, 4, sqq. Vulgatus interpres scribit *Abisue*.

[7]) ܐܒܝܩܪ *Abicor* seu *Abicar* ita quoque scribitur in veteri versione syriaca S. Script. *I Paral.*, VI, 5 ; ibidem tamen 51 est ܒܩܝ *Baki* seu *Boki* ; hebraice autem perpetuo legitur בֻּקִּי in Vulgata *Bocci*.